

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3698

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Coutances (doyen chapitre cathédral)

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1269, juillet

Lieu d'émission : Saint-Lô

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX], roi de France, en faisant savoir que le doyen et le chapitre de Coutances célèbrent solennellement les obits du roi Philippe [III], du roi Louis [VIII] et de la reine Blanche tous les ans à l'église de Coutances, approuve audit doyen et audit chapitre d'acquérir les terres dont la valeur totale ne dépasse pas 60 livres dans la terre royale.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delamare François-Auguste, *Essai sur la véritable origine et sur les vicissitudes de la cathédrale de Coutances*, MSAN n°2, 2, 1841, p. 223-244.
- b. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 747, p. 167-168.
- c. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 303, p. 442.

Texte établi d'après c

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum dilecti nostri capitulum Constanciense faciant [et celebrent] annis singulis sollempniter in ecclesia Constanciensi anniversarium inclite recordationis regis Philippi, avi nostri, necnon regis Ludovici, genitoris nostri, et regine Blanche, genitricis nostre, sicut intelleximus ab eisdem, nos eis concessimus ut in terra nostra possint acquirere bono modo in hiis que non tenentur per membrum lorice, per francas vavassorias aut franchas serjanterias, vel eciam de ducatu Normannie, non cadentibus in guardiam, in minutis censibus se[u] capita]libus, usque ad sexaginta libratas terre, pro augmentatione cultus divini, [retenta] nobis justicia si quam habemus in rebus ab ipso capitulo acquirendis [usque ad sum]mam predictam, et salvo in omnibus aliis jure nostro et jure eciam in omnibus alieno, nisi solummodo in hoc quod res ab eis acquirendas, ut dictum est, usque ad valorem predictam extra manum suam ponere non cogantur, et res quas acquirent, secundum quod acquirent usque ad summam predictam, baillivo nostro Constantini scire facient, ut estimetur per eum et sciatur quid et quantum acquisierint, et quando acquisierint usque ad summam predictam, ei litteras suas dabunt quod jura nostra nobis omnino salva remaneant in eisdem. Dicti vero canonici nobis gracias agentes, ex liberalitate predicta, concesserunt nobis libenter quod post obitum nostrum in ecclesia sua nostrum anniversarium annis singulis sollempniter celebrabunt. In cujus rei testimonium,

presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Sanctum Laudum, anno Domini M° CC° LX
° IX°, mense julio.